



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

XXV. De discordantibus episcopis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

pus sine consilio.

rum, clericos non ordinet, ita vt ciuium conuenientiam & testimonium quærat.

Admodum antiqui codices hic addunt: Quod si præcepta ordinatione in fraude inuentus fuerit, ipsi qui eum testimoniant, quamdiu episcopo visum fuerit, ab ecclesiæ liminibus arceantur.

XXIII.

15. q. 7. Nullius causam. De consue. dist. 1. Sacerdote ver.

Vt episcopus nullius causam audiat absque præsentia clericorum suorum: alioquin irrita erit sententia episcopi, nisi clericorum præsentia confirmetur.

XXIV.

Dist. 90. Dissiden.

Sacerdote verbum faciente in ecclesia, qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur.

XXV.

Dist. 90. Statuendū est episcopis.

Dissidentes episcopos, si non timor Dei, Synodus reconciliet.

XXVI.

Statuendum est episcopis, vt dissidentes fratres, siue clericos, siue laicos, ad pacem magis quam ad iudicium cohortentur.

XXVII.

7. q. 1. Episcopus de loco ignobili.

Vt episcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat, nec quisquam inferioris ordinis clericus. Sane si id utilitas ecclesiæ fiendum poposcerit, decreto pro eo clericorum & laicorum episcopis porrecto, * in præsentia Synodi transferatur, nihilominus alio in loco eius episcopo subrogato. Inferioris vero gradus sacerdotes, vel alii clerici, concessione suorum episcoporum possunt ad alias ecclesias transmigra-